

applicatur casui nostro, quo exhibetur simplex scriptura privata, sine testibus, & ob onera inhærentia prædico vendito, bene nota venditori, nec patefacta emptori, dolus, \* & fraus præsumitur Gratian. de March. 13. nu. 19. cum aliis infra allegandis.

Secundò quia ante confectum instrumentum licitum est alteri ex contrahentibus alio invito à contractu recedere, quamvis conventum fuerit de re eo pretio, quando partes voluerunt contrahere in scriptis, & instrumentum desuper confici, \* non ad probationem simpliciter, sed pro substantia contractus, & ad obligationem inducendam, ut sunt text. apertissimi in leg. contractus, Cod. fidei-commis. instrum. in §. primo, instrum. de emption. & vendit. ubi concord. refert Picard. num. vicefimo-octavo, & tertio. Gratian. disceptatione 842, numero decimo-octavo, & decimo-nono, & dixit Rota decis. 898, n. 1. apud Buratt. quia nimirum tunc imperfectio est in substantialibus, \* semperque in contractibus nominatis est locus poenitentiae, quando sunt imperfecti in substantia, ut in dicta leg. contractus, notant Glossa, & Doctores, & perspicue Bartol. in prima lectione num. primo. Bald. in princip. & num. 13, & 17. Salicet. nu. 4. Casor. nu. 9. Altograd. consilio decimo, nu. 10. libro 1.

Satisque est, quod de hujusmodi voluntate constet, vel quia partes dixerunt, \* quod alias contractus non valeat, ut in casu decisionis 32, nu. 8, parte 4, tomo secundo, recent. vel per alias conjecturas idem necessario convincentes. Picard. in dicto §. primo num. 33, Salicet. de communi, in dicta leg. contractus, num. quinto. Aretin. consilio 159, nu. 8, Didacus Perez, in ordinatione Hispaniae, leg. 3, titulo octavo, lib. 3, versic. fallit tamen pag. 1055, & in lege secunda, titulo primo, libro quinto, versiculo nunc queritur, pag. 187. Lef-far. de decim. vendit. cap. 3, nu. decimo-quarto, & sequentibus, Cald. de emption. & vendit. capite 19, sub num. 10, satis enim est, & nu. 11, in fine, Antonius Faber in Codice libri quarti, titulo decimo sexto, definit. 14, post princip. versic. non solum, Ancharan. quaest. fam. libro primo, quaestione vigesima prima, n. 3, in fine versic. secus quando ex aliis conjecturis. Trentacinq. variarum resolutionum, tom. 1, capite 13, sub n. 10, infra med. versic. vel quando. Jafon. 151, num. 4, libro 1. Hondedeus, de magis communi, consilio 52, num. 19, libro 1, Riminaldus junior, consil. 51, per totum, & signanter, num. 18, & sequentibus, ubi respondet omnibus contrariis. Altograd. consil. 11, nu. 18, versic. nisi, Afflic. decisione trigesima nona, num. 4, Boërius, decisione quadragesima-octava, numero 17, & 18, nam expressum dicitur, quod ab expressis resultat Sanch. in leg. hæredes mei, §. cum ita, ff. hæred. instituit. Tiraquellus de leg. connub. gloss. 7, n. 179. Surdus, consilio 143, num. vigesimo, consilio 294, num. 21, decisione 254, num. 38, sicuti probatio evidens deducitur, quæ à pluribus conjecturis simul junctis educitur, Bald. consilio tertio, num. 4, libro 4, Socinus junior, consilio 39, num. 14, lib. 2, Cyriac. controvers. 291, num. vigesimo-primo. Rota in Romana divisionis 25 Junii 1640, §. penultimo coram me.

Imò sufficere, quando dubium sit, an partes ante confectum instrumenti, \* habuerint contractum pro perfecto dixit Rota apud Seraphinum decisione 854, num. quinto, post Decium, consilio duodecimo, num. primo in fine. Ancharanus familiarium quaestionum libro primo, dicta quaestione vigesima-prima, sub numero tertio, circa finem,

vers. & idem Riminaldus jun. dicto consilio 51, n. 20, Hondedeus, dicto consilio 52, num. 20, versiculo idem quando, Gomezius de contract. capite 2, num. 17, aliisque refert Modern. contrahentibus, consilio decimo-octavo, num. 10, & 11. Nam ad perfectionem substantialem contractus \* qui consensu, & re perficitur, non relevat consensus, seu voluntas dubia, sed certa requiritur, leg. consensu, ubi notant omnes, ff. act. & obligat. leg. in vendendis, Cod. contrahend. emption. §. pretium Instit. de emption. & vendition. & ibi Doctores omnes gloss. in leg. si dononis, verbo substantia, ff. contra si empr. cum aliis allegatis à Giurba, observatione 15, num. primo, & à Modern. Scalense juniore resolut. forens. tomo primo, resolutione 41, num. 44.

Verum quicquid sit de hac secunda parte voluntas emptoris, quod contractus non sit perfectus ante rogatum instrumenti non est in casu nostro dubia, sed clara, & evidens apparet, tum ex verbis, quibus venditionem accepit ibi Giov. Maria Borghetti aff. quanto de sopra essendo l. instr. a mia lodifacile, ponderato gerundio ello essendo \* quod veluti respiciens instrumentum non jam factum; sed de futuro faciendum reddit consentum, & acceptationem conditionalem, ac importat conditionem suspensivam, ac si dictum fuisset, quod emptor consentiebat vi, & pretio in apocha descripto, si & quatenus instrumentum conficeretur ad sui satisfactionem Bartol. in leg. si tu ex parte, num. 6, versiculo tamen, ff. acquirend. hæredit. Bald. in leg. falsus, num. sexto, Cod. furt. Coneus consilio 99, num. quinto, libro quarto. Decius consilio 433, num. sexto. Joannes Franciscus à Ponte, consilio trigesimo, num. secundo, & tertio, cum sequentibus, libro primo, ubi id ampliat etiam quando gerundium jungitur verbo temporis presentis, \* respicit tamen actu temporis futuri Rota, decisione quinquagesima-sexta, num. 12, parte quarta, tom. 2, rec. adeò quod ante instrumentum ad satisfactionem emptoris rogatum contractus sit imperfectus in substantia, cum qui consentit sub conditione, \* consentire non videatur, quousque adimpleatur conditio, capite unico in fine, de sponsalibus, in 6. leg. cedere diem, ff. verborum significat. Bald. in leg. si mulier 1, circa princip. ff. condit. ob caus. Decian. consilio quinquagesimo-quinto sub num. decimo-quarto, libro secundo. Card. Mantica, de tacit. libro decimo-quarto, titulo 41, num. nono & decimo. Quòdque, qui in limine contractus venditioni consentiendo, \* noluit efficaciter obligari; quousque instrumentum conficeretur, dicatur voluisse contrahere in scriptis, & non alias, & possit interim poenitere tradit Azo in sum-mario Cod. si certum petatur, num. trigesimo septimo. Cyri, in leg. contractus, num. primo. Picard. in leg. 1, num. decimo, ubi loquitur in specie de consensu conditionali, Instit. de emptionibus & venditionibus. Joannes Faber ibidem, num. secundo & tertio, ubi ait id frequenter contingere inter formidolosos, qui dubitant decipi, quam refert, & sequitur consilium Neapolitanum apud Gizzarell. decisione septuagesima-secunda, sub num. trigesimo, versiculo undè dicit. Casr. consilio 137, sub num. secundo, versiculo Item non fuerunt, libro secundo.

Multumque differt, an quis hoc modo consentiat, an verò simpliciter cum pactis; \* quæ postea partes concordabunt, qui est casus decisionis trigesima-prime, & decisionis 307, parte quarta, tomo secundo, recent. quia hoc secundo casu consensus venditioni præstitus est purus, & obliga-

## DECISIO CIII.

R. P. D. CELSO.

Beneventana Dotis.

Veneris 18. Junii 1655.

## SUMMARIUM.

- 1 Renunciandi jura sua non datur regressus.
- 2 Insinuatio ex lapsu triginta annorum præsumitur. Adhiberi potest extrinsecus ab actu num. 3.
- 4 Læsionem excludit Judicis præsentia.
- 5 Læsio pro contractus rescissione debet esse ultra dimidiam, considerari nequit ubi agitur de jure querendo, num. 6.
- 7 Mater transeundo ad secundas nuptias amittit legitimam in bonis filii, & lucrum dotale.
- 8 Laudum acceptatum valet in vim pacti, & transactionis.
- 9 Pœna secundò nubenti remissa videtur ex traditione legitimæ, & lucri dotalis.
- 10 Sententia nulla; & injusta nomen sententiæ non meretur.
- 11 Judex laicus neque etiam inter laicos potest judicare super dominio utili Ecclesiæ.
- 12 Verbum, concedere, domini translationem importat.
- 13 Locutio discretiva denotat diversitatem.
- 14 Verba, à censo perpetuo, verificantur etiam in canone.
- 15 Manutentio conceditur ei, qui se non habuit pro spoliato.

Juxta formam resolutionis captæ sub die 15 Junii 1654. proposui dubium; An, & de cujus bono jure constet, quod ad favorem Hieronymi Carafæ resolutum fuit, cum doceat, bona controversa provenire ex dote, & successione Joannæ Fulcæ, cujus jura per Fulviam, & Emiliam fuerunt vendita, & renunciata Francisco Antonio ejus Authori, mediante Instrumento publico, cum decreto Judicis, ac aliis solemnitatibus requisitis, tam de jure communi, quam ex forma statuti Beneventani, præcedentibus bannimentis publicis, ac examine testium super utilitate dictæ venditionis, & renunciationis; Adeò ut nulliter, & sine actione egerit Fulvia, & proprio, & cessionario nomine sororis pro consecutione dictorum bonorum, quæ totaliter à se abdicavit, & in Carafam transtulit; nam renunciandi \* jura sua non datur amplius ad ea regressus, l. queritur, §. si venditor, ff. de edil. edict. Can. quam periculosum 7. quest. 1, & tradit Aymon. cons. 114, nu. 10, Surd. decis. 231, n. 13, Rota coram Buratt. decis. 310, sub nu. 3, vers. quo verò, & nu. seqq. & in recent. decis. 635, n. 3, p. 1, & decis. 338, n. 1, p. 4, tom. 2, cum aliis in Romana præsentis restitutionis dotis 15 Januarii, & 21 Junii 1649, coram Reverendo Peutingerio.

Nec obstat allegatus defectus insinuatiōis: quia attenta observantia dicti Instrumenti, & cursu 30. annorum, & ultra insinuatio \* bene præsumitur, ut firmavit Rota coram Put. decis. 132, in fine lib. 2, dec. 876, n. 4, p. 4, divers. in recent. dec. 682, n. 18, & seqq. p. 4, tom. 3, ultra plures cumulatatos in Rom. fideic. de Coscian. 16 Martii 1648, coram Emin. Dom. Card. Corrado.

Et

obligatorius ab initio respectu substantiæ consentientis in re, & pretio, cui partes simpliciter consenserunt, & censetur solum distulisse in futurum pacta circa accidentalia contractus, ac in casu nostro consensus est conditionalis, etiam quoad rem, & pretium in apocha à venditione conscripta definitum, quia conditio adjecta \* emptoris subscriptioni in fine apochæ, ex qua duntaxat illius obligatio efformatur, refertur ad omnia contenta in corpore ipsius apochæ, ut in terminis subscriptionis decisum fuit in foro Sempronien. bonorum 14 Martii præteriti, §. gratisque coram me, ubi allegantur concordantes.

Tum ex quo, ut fatentur informantes pro venditore prædii, quod vendebatur, erat fundus dotalis sororum, quarum propterea consensum, & quietantias reportari conventum fuit; sicut enim exinde instrumentum erat de substantia quietantiarum, & consensus hujusmodi à sororibus præstandi: Quippè, quæ requirebat solemnitates statutarias in contractibus mulierum præscriptas in scriptis adhibendas, ita & de substantia \* contractus venditionis, non aliter voluit, quam post mulierum consensum, juxta Theoricam, quam in his terminis tradit Antonius Fabian. in Codice, libro quarto, titulo 16, definit. 14, sub nu. 7, versiculo nam sicut, & in puncto sequuta est Rota, decisione 520, numero quarto, ubi quod ex hoc colligitur partes noluisse contractum aliter valere, parte 2, recent. & in Romana Dotis 5 Junii 1648, §. quod eo facilius, coram R. P. D. meo Celso.

Tertiò, licitum est emptori à contractu recedere; quia, ut deponit Testis, mediator, venditor, promisit, expressè prædium esse liberum, \* & tale non est; præsumitur enim emptor per fraudem inductus ad emendum, & alias non empturus, Gratianus, disceptatione centesima septuagesima quinta, numero vigesimo tertio, & decisione March. 13, numero decimo nono, & sequentibus, ubi distinguit, an sit hujusmodi promissio libertatis explicata, necne, Marefcot. var. resolut. libro 1, cap. 90, numero 5, & seqq. Rota decis. 318, nu. 2, parte prima, recent. decisione 476, n. 4, & 5, parte 5, cum aliis allegatis in adnotat. ad decisionem decimam, numero decimo secundo, & decimo tertio, & num. 25, & seqq. parte 3, recent. est, inquam, prædium fundus dotalis \* sororis; ideòque etiam cum illarum, & virorum consensu vendi constante matrimonio prohibitus Negulant. de pignor. 2, membr. 21, parte princ. nu. quinquagesimo octavo, Surdus de alimentis, titulo octavo, privilegio trigesimo sexto, nu. 2, Rota decisione 619, nu. 2, parte secunda, rec. decisione trigesima, num. 3, inter impress. apud Pacif. de Salvi.

Est etiam obnoxium hypothecis, censuariorum eo subjectum majorum fideicommissio, quod utrum in dictis sororibus expiraverit cognitionem requirit, \* nec tenetur emptor desuper litem suscipere Rota decisione quadragesima sexta, num. quarto, partetertia, rec. decis. 307, nu. 7, & 8, parte 4, tom. 2.

Et ita decisum utraque parte informante.

Et præsumptio prædicta non tollitur ex lectura ejusdem Instrumenti, in quo insinuatio \* non fuit adhibita, cum potuerit adhiberi ex intervallo, & extrinsecus ab ipso actu, ut probat text. in l. final. §. similique modo, Cod. de donat. ante nupt. & not. Bart. in l. Modest. n. 5. ff. de don. Thomas, dec. 13. n. 18, & dec. 601, n. 41, & seqq. Rota dec. 671, n. 3, p. 1, recent. & dec. 385, n. 5, p. 2.

Præsentio verò, quod dicta jura dotalia Joannæ ascendenti ad ducat. 6000. fuerint vendita pro ducatis 1300. & sic intret enormissima læsio, cessat non solum ex præsentia \* Judicis, quæ excludit omnem læsionem, ut advertit Dec. in l. singularia, n. 13, ff. si cert. pet. ubi quod dicitur utiliter fiendum, quod fit in præsentia Judicis. Hond. consil. 34, n. 61, lib. 2, Aym. cons. 114, n. 2, vers. In quibus locis, Rota coram san. mem. Gregor. dec. 120, n. 15, & dec. 406, n. 14.

Sed etiam, quia non subsistit in facto, quod illa ascendat ad similem summam, cum integra dos Joannæ constituta primo viro vix ascendat ad ducat. 2235, cujus duæ tertie partes cessæ, & venditæ per Æmiliam, & Fulviam non excedunt ducat. 1540. Unde cum pro iisdem duabus partibus fuerint soluti ducat. 1300, nulla læsio \* considerari potest ex notat. per Put. decis. 275, sub n. 2, lib. 2, san. mem. Gregor. decis. 553, nu. 7, & seqq. & in rec. dec. 532, per tot. p. 5. Ad hunc enim effectum debet esse talis quod excedat dimidiam justi pretii per text. in l. 2. C. de rescind. vend. Gabr. de emptio. & vend. concl. 1, n. 1, & dixit Rota in Alban. honorum penes Posth. de subhast. dec. 53, n. 1.

Maximè cum dicta cessio facta fuerit vivente Joanna, quæ & poterat supervivere, & etiam præmeriendo portionem filiarum minuere, & sic cum ageretur tantummodò de jure quærendo, \* & de sola spe succedendi, non autem de jam quæsito, nulla læsio considerari potest ad text. in l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bon. Aym. cons. 114, n. 13, & seqq. Mant. de tacit. lib. 3, tit. 22, n. 2, & in puncto respondit Rota in Ascul. renunc. 22 Maii 1651, & 1 Julii 1652. coram Rever. meo Cerro.

Non obstat, quod talis cessio facta fuerit ex falsa causa, nempe ad effectum solvendi Joannæ mariti \* proprietatem lucris dotalis, nec non legitimam Francisci filii, cum tamen ob transitum Joannæ ad secunda vota neutrum deberetur, juxta text. in l. femina, Cod. de secundis nuptiis. Nam cum adesset laudum Joan. Bapt. Masacambri, per quod dictæ sorores cogebantur ad hujusmodi solutionem, illudque fuerit acceptatum, & observatum per plures annos, non potest dici constare de falsitate causæ: quia tali casu \* valet in vim pacti, transactionis, & rei judicatæ, & omninò exequendum venit, l. cum autem, C. de arbit. Bart. in l. 1, n. 6, ff. de re judic. Dec. cons. 60, n. 3, & ultra plures relatos à Grat. c. 755, n. 34, & seqq. firmavit Rota coram Dur. dec. 136, n. 1, in rec. dec. 588. eod. n. p. 2, & dec. 65, n. 1, & 2, part. 7, & firmatum fuit in Romana societatis lignorum 20 Febr. 1641, coram R. P. D. meo Peutingerio.

Imò per acceptationem dict. laud. in quo matri tradebatur lucrum, \* & legitima filii non obstante transitu ad secunda vota, videntur expressè remissæ pœnæ, dict. l. femina, ex not. per Surd. dec. 99, nu. 12, Manent. dec. 57, n. 16. Peregr. decis. 13, n. 10. cum aliis per Grat. qui testatur de veteriori, cap. 140, n. 11.

Hinc non relevant sententiæ, quarum vigore Fulvia obtinuit immitti in possessionem honorum, de quibus agitur; quia attentata injustitia \* notoria, imò etiam nullitate; non merentur no-

men Sententiarum, ut est text. in l. 4. §. condemnatum, ff. de sent. & re judic. Dec. cons. 8, nu. 9, & cons. 38, n. 6, in fine. Rom. cons. 334, n. 7, vers. non enim sententia. Rota in rec. dec. 38, n. 2, p. 7.

Nullitas est inevitabilis ex defectu jurisdictionis, ut firmatum fuit in 1. decis. facta in hac causa coram R. P. D. meo Peutingerio; Nam cum viridarium, super quo immittio concessa fuit, esset de directo dominio Ecclesiæ, non potuit gubernator Beneventi tanquam iudex laicus \* illum concedere, & in ea se intromittere, etiam si ageretur inter personas laicas super solo dominio utili, ut dixit Rota in Romana domus, de scappuc. post Pacif. de Salvian. decisione 233, quam passim Rota sequitur, ut in decis. 472, n. 1, p. 2, rec. in Romana bonorum 19 Jan. 1643, coram Rever. Terracinen. In Arimin. Salvian. 19 Junii ejusdem anni, & 30 Maii 1646, coram Reverend. meo Bichio, quamvis reliqua corpora non essent emphyteotica Ecclesiæ, ut in Avenionen. Salviani 20 Aprilis 1654, coram Reverend. meo Bevilacqua.

Nec refert, quod in dubio contractus præsumatur potius censualis, quam emphyteoticus; quia cessat quævis præsumptio, attenta confessione ipsius Joannæ, de cujus dote agitur, facta in Capitulis matrimonialibus ibi. Un Giardino reddito alla chiesa di S. Modesto, e come per concessione fatta dall' Abbate, e Padri di detta Chiesa; verbum enim, Concedere, \* importat dominii translationem, tradit Bart. in l. uxori, §. final. n. 4. ff. de leg. 3, Jaf. cons. 27, nu. 6, vers. clarum est autem, lib. 1, Grat. cap. 82, num. 15. Et sic magis congruit emphyteuti, quam censui, in quo dominium non transfertur, quod comprobatur discretivus loquendi modus, \* nam in iisdem capitulis, quando fuit actum de censu, dictum fuit. Item un annuo censo di ducati dieci comprato dal Sig. Vincenzo della vipera; Aded ut quando fuit dictum de concessione non possit intelligi de emptione census, argum. text. in l. unde, §. si autem, C. de caduc. vol. l. quæsitus, §. idem respondit ff. de fund. instruat. Surd. consilio 426, nu. 18.

Nec resistunt verba, A censo perpetuo; Quia tanquam æquivoca \* verificantur etiam in Canone Abb. in c. constitut. n. 2. de relig. domib. Seraph. decis. 1235, n. 1, dec. 703, n. 2, in fin. p. 1, divers. & in rec. dec. 14, n. 3, vers. & ad illud, p. 4.

Firmata igitur ex prædictis nullitate, & injustitia sententiarum, & illarum executionis manutentio est concedenda Hieron. qui non habuit se pro spoliato, juxta gloss. in l. justè possidet, ff. de acquir. poss. ff. san. mem. Gregor. decis. 307, n. 6, & 7, & decis. 555, n. 6. Prout aliàs concessa fuit per Rotam ut in decis. coram Rev. meo Peutingerio.

Et ita, &c.

DECISIO CIV.

R. P. D. ZARATE.

Esina fideicommissi.

Lunæ 21. Junii 1655.

SUMMARIUM.

- 1 Subhastatio excessiva est nulla.
2 Dotis favore jura reviviscunt.
3 Actorum transportatio incumbit impugnare volenti.
4 Approbatio ex productione resultat facti, & non

Ad materiam de Alim. Decis. CIV. & CV.

non validitatis ex productione resultat, n. 5.
6 Creditor consentiens alienari libera in posteriores, non potest agere contra fideicommissaria, & numero 8.
7 Citatus ante subhastationem, si non comparet, sibi præjudicat.

IN decisione coram me emanata 28 Junii 1652. fideicommissum super Molentino de quo agitur, firmatum fuit ad favorem Dominorum de Franciolinis, sed non adeo ut obstaret solutioni dotis, pro qua verò summa ordinatum, quod particulariter videretur. Unde reassumpta disputatione tam super dicta reservatione ad Instantiam P. Simonetti, quam super solutione dotis ad preces illorum de Franciolinis, quia super existentia fideicommissi, omnes acquirerunt, & conjunctim proposito utriusque partis dubio, hodie fuit resolutum fideicommissum obstare solutioni dotis, & sic recedendum in hac parte.

Siquidem ex instrumento quietantiæ, noviter producto, dato in sum. Vincentii, n. 1. apparet usque de anno 1587, in eandem causam dotis scut. 1300. solutam fuisse per accollationem census, unde pro rata dumtaxat scut. 400, debitor remanserat dotis promissæ, & ideò non potuit pro scut. 1000. subhastatio fieri, \* sed tanquam excessiva, & vitio nullitatis affecta, censeri debet, ut per Bart. in l. si non sortem, §. si certum, & ibi Jaf. n. 2. ff. de cond. in deb. Bald. in l. cert. cond. quoniam, ff. de reb. cred. & plur. alleg. per modern. Perus. de subh. insp. 50 à n. 2. & præcipuè n. 12. & 13. Rot. cor. S. M. Greg. dec. 108 n. 1. dec. 6, n. 19. & 10. penes Moder. ex Arce Annori. de subh. & dec. 219, n. 2, & 3, & in Placent. nullit. subhast. Decembr. 1631, §. non obstat vers. unde census coram Ubaldo juniore.

Nec relevat quod ad computum dotis Avius in se accollasset census scut. 1300. quem Paul. ejus gener imposuerat ad favorem Hodiern. Melchioris, & illum idem Avius infra certum tempus extinguere promissit, quod cum non fecisset, utique redire potuit ad sua primæva jura dotalia, & uti creditor dotis dicta summa scut. 1300. subhastare; quia actiones favore dotis + reviviscunt, ut per Crav. cons. 83, n. 4. Thef. jun. 99. for. lib. 2, q. 88, n. 13. Quemadmodum ex instrumento constat prædictum censum fuisse accollatū ab Amico, & quod ille de sui natura perpetuus existat, nec probetur molestias fuisse illatas, perperam fuisse ex causa dotis intentata subhastatio Molendini, dum ipsa dos pro rata scut. 1300. fuerat perfoluta.

Pro qua veritate convincenda nulla desideratur actorum transportatio ex parte Vincentii, cujus intentio fideicommissi innititur, non autem subhastatione, cujus validitatem propugnare incumbit Simonetto, ideòque ad eum spectat actorum transportatio \* ut tenet Rota coram Cavall. dec. 67. nu. 1, & 119, pariter n. 1. absque eo quod ab isto onere excusetur ex productione facta instrumenti pro parte de Franciolinis, dato in sum. Simonet. n. 1. quasi ex productione ipsius approbatio resultet, & ex reg. tex. in l. cum prec. C. de prob. c. cum olim de censib. quia talis productio, dumtaxat impugnavit fuit facta, & ideò licet approbatio facti \* inde resultet, non tamen approbatio validitatis ipsius, ut dicit Rota dec. 104, n. 11, & dec. 159. numero 3, p. 2. divers.

Præterea & injusta visa fuit subhastatio, quia aderant bona libera ad summam scut. 17. mill. ascendenti, quæ anno præcedenti fuerant adjudicata Creditoribus Amici d. dote posterioribus, & ultra dicta bona aderat etiam census, bis mille, & alia bona libera ipsi de Simonet. de anno Decisiones ad Tract. de Alim.

1594. assignata pro aliis creditis ad effectum, ut de illorum fructibus satisfacerent, & eadem bona, etiam quoad proprietatem, fuerunt patri \* de Simonettis consignata, pro quibus consequendis Simonettus agere debuit coram Judice gravante, nec pati, quod à posterioribus dissiparentur, ex traditis per Noguerol. alleg. 4, n. 50. & 52, Rot. decis. 139. n. 10. p. 5. rec. & dec. 189, penes Zach. n. 31. & in Favon. dot. 4. Julii 1616, §. fin. cor. R. P. D. meo Cerro. Nec in hoc tueri se potest replicatione, quod ipse citatus non fuisset, nisi per edictum, quia fuit citatus etiam personaliter ante bonorum venditionem, + quæ citatio sufficit, ut illi præjudicaret, ut per Grat. discept. forens. c. 375. num. 23. Modern. Perus. de subhast. inspect. 23, n. 268. & seqq. Rot. dec. 165, numero 7. parte 4. recent.

Nec subsistere visum fuit, quod dicta bona essent intricata, qui dum per sententiam Judicis citatis omnibus creditoribus adjudicabantur, Simonettus illa pro sui satisfatione consequi poterat sine periculo ulterioris molestiæ. Quapropter dum ipse promissit bona libera posterioribus adjudicari, non potest se vertere ad fideicommissaria, + ex disposit. auth. res quæ, l. cum de leg. ut in puncto firmavit Rota in Favon. dotis 4. Julii 1646. coram R. P. D. meo Cerro, dicto §. fin.

Atque ita &c.

DECISIO CV.

R. P. D. CELSO.

Romana Transactionis.

Lunæ 21. Junii 1655.

SUMMARIUM.

- 1 Transactio ex læsione rescinditur, & de ratione num. 2. Cessat, cessante illius substantia n. 8. fieri debet super re dubia numero 9.
3 Læsiō ultra tertiam sufficit ad rescindendam transactionem: contra numero 4.
5 Metus excludit consensum. Probatur ex præcedenti protestatione, num. 6. Justus probatur ex effectu metuentis, numero 7.
10 Transactionem impugnans, non tenetur restituere accepta aliunde sibi debita.

Deficit de anno 1647, bon. mem. Camillus Cincius, condito testamento, in quo inter alia jure legati reliquit Bernardo de Michelibus ejus famulo scut. 2000. monetæ, tria loca montium, & quamplura mobilia ascendenti in totum ad scuta 4000, circiter: Quia verò super dicto legato, inita fuit transactio, & ea non obstante idem Bernard. de anno 1653, introduxit judicium super illius consecutione contra D. Marium dicti Camilli hæredem. Propterea A. C. per suam sententiam diffinitivam pronunciavit transactionem obstare, & D. Marium esse absolvendum: causâ tandem per appellationem ad Rotam devolutâ, dubitavi; An transactio prædicta esset rescindenda, & Domini affirmativè responderunt; + Quia constat de læsione, qua stante esse locum rescissioni illius firmavit Rota coram Durano dec. 121. nu. 17 ubi n. 28. testatur de magis communi, non obstante juramento & nu. 29. reddit rationem, quia ex enormissima læsione excluditur consensus, & resultat dolus; & in Romana rescissionis transactionis 29 Maii 1648. & 26 Junii 1651. coram Eminent. Card. Corrado.